illáq; ad uniuersalis ecclesiæ unitatem, pacem, et
tranquillitatem in coniunctione membrorum ad unum
caput (quem uidelicet conseruandam, ac diuisionem
omnis S.tis fuæ ex alto commissi, et in illo scisma,
per quod ipsa ecclia scindi et scandalizari, gregq;
dominicus sibi creditus turbari possit prohibendum:
nec non scandalis et damnis, quæ exinde uenire
possent occurrendum concordia uel iure, aut aliàs
fine debito quàm celerrime potent decidere, et
determinare. Igitur de eodem consilio et
assensu tàm ex officio, quàm per uiam querelæ,
et ad instantiam omnium et singulorum, quorum
interest, aut aliàs omni meliori modo, et forma,
via, iure, et causa, quibus melius et efficacius potest,
etiam de Apostolicæ S.tis suæ in persona B. Petri
concessæ potestatis plenitudine, causam et causas
nullitatis, et invaliditatis ac inutilitatis translationis
huiusmodi, ac processuum omnium desuper habitorum
et inde secutorum quorumcunque ad se assumit,
ac illam, et illas, cum emergentibus, dependentibus,
annexis, et connexis etiam summarie, simpliciter,
et de plano, ac sine strepitu, et figura iudicij, so-
láq; facti ueritate inspecta audiend, et in Sacro
Consistorio referend P.mis D. Parisien, et Burgen.



ac Crescentio, et polo S.R.E. Cardinalibus committit,
et mandat, cum potestate citandi et inhibendi etiá
per publicum edictum consito summarie, et extraiu-
dicialiter de non tuto accessu; ac omnia et singula
alia, quæ in præmissis necessaria fuerint, seu quo-
modolibet oportuna faciendi, gerendi, et exequendi:
inhibens propterea in uirtute sanctæ obedientiæ,
ac sub excommunicationis anathematis, et male-
dictionis æternæ, et dignitatum ac beneficiorum
ecclesiasticorum quorumcunq; feudorum, indulto-
priuilegiorum, concessionum, facultatum, priuatio-
num pœnis ipso facto incurrendis ipsis Legatis, ac
Prælatis utrobiq; existentibus, necnon quibuscunq;
personis quæcunq; ecclesiastica seu mundana di-
gnitate præfulgeant, ne interim pendente cogni-
tione huiusmodi aliquid in eius præiudicium atten-
tare, aut innouare audeant, uel præsumant. De-
cernens ex nunc irritum et inane si secus super
his a quoq; scienter uel ignoranter contigerit
attentari. mandans insuper sub eisdem pœnis
tàm Legatis, et Prælatis Bononiæ sub Concilij nóie
commorantibus, quàm prælatis Tridenti existentib;
ut aliquos ex eis uita moribus, et scientia commen-
dabiles, et ad hoc instructos, et peritos, qui postpositi